

# Theology on the Web.org.uk

*Making Biblical Scholarship Accessible*

This document was supplied for free educational purposes. Unless it is in the public domain, it may not be sold for profit or hosted on a webserver without the permission of the copyright holder.

If you find it of help to you and would like to support the ministry of Theology on the Web, please consider using the links below:



<https://www.buymeacoffee.com/theology>



<https://patreon.com/theologyontheweb>

**PayPal**

<https://paypal.me/robbradshaw>

---

A table of contents for the *Journal of Theological Studies* (old series) can be found here:

[https://biblicalstudies.org.uk/articles\\_jts-os\\_01.php](https://biblicalstudies.org.uk/articles_jts-os_01.php)

pdfs are named: [Volume]\_[1<sup>st</sup> page of article]

# The Journal of Theological Studies

APRIL, 1916

## DOCUMENTS

### AN ANCIENT HOMILIARY (OF ST MAXIMUS OF TURIN) PART III

#### XIII. SERMON FOR ALL MARTYRS' DAY

##### Item de natale martyrum

Hodie, fratres, iuvante Domino beatorum martyrum sollemnia celebramus. (fol. 69 *b*) isti sunt sancti qui pro nomine Domini non vincula non carceres non exilia non mortem ipsam non ulla tormenta timuerunt, quin immo omnia fortiter tolerantes regnorum caelestium meruerunt esse participes. aliquanti ignibus exusti, aliquanti gladiis percussi, 5 aliquanti feris obiecti, pertulerunt cuncta supplicia; facta est omnibus poena sua victoria, inde extiterunt beati unde putabantur adflicti. MORTUI SUNT saeculo UT VIVERENT DEO: mortui sunt huic mundo ut regnarent cum Christo; felici transcensu per ARTAM ET ANGUSTAM VIAM currentes, et velut quibusdam gradibus ascendentes, de terrenis ad 10 caelestia, de parvis ad magna, de temporalibus ad aeterna venerunt.

De istis dicit sermo divinus ET SI CORAM HOMINIBUS TORMENTA PASSI SUNT, SED SPES ILLORUM IMMORTALITATE PLENA EST, ET IN PAUCIS VEXATI IN MULTIS BENE DISPONENTUR: QUONIAM DEUS TEMPTAVIT ILLOS ET INVENIT ILLOS DIGNOS SE. TAMQUAM (fol. 70 *a*) AURUM 15 IN FORNACE PROBAVIT ILLOS ET SICUT HOSTIAM HOLOCAUSTI ACCIPIT ILLOS. et id plena est, testificatur David in psalmis dicens PRETIOSA IN CONSPECTU DOMINI MORS SANCTORUM EIUS. pretiosa mors quae praetioso sanguine immortalitatem mercata est quia 20 in saeculo fides pretiosam reddedit mortem. PRETIOSA IN CONSPECTU DOMINI MORS SANCTORUM EIUS: in conspectu hominum infidelium vilis et contemptibilis videbatur, sed in conspectu Dei pretiosa erat, tantum pretiosa ut per istam mortem regna caelestia possiderent.

Utique et ipsi scientes pium et bonum esse mori pro Christo et per

XIII. 6. subplicia *cod* 15. dignos se: dignos *cod\**: dignos se et *cod*<sup>2</sup> 19. lacunam supplevi e XIV ll. 20-23 21. infidelium *scripsi*: fidelium *ut vid cod* 24. *utique: ante hanc vocem excidit ut videtur verbum*

XIII. 8. Gal. ii 19 9. Mt. vii 14 12. Wisd. iii 4-6 18. Ps. cxv 6 (cxvi 15)

25 ipsam mortem ad immortalitatem venire, ideoque dicebant cum beato apostolo Paulo, sicut hodie audivimus lectum, QUI NOS SEPARABIT A CARITATE CHRISTI? TRIBULATIO AN ANGSTIA AN PERSECUTIO AN FAMES AN NUDITAS AN PERICULUM AN GLADIUS? QUIA, SICUT SCRIBTUM EST, PROPTER TE MORTIFICABIMUR TOTA DIE AESTIMATI SUMUS OVES OCCISIONIS (fol. 70 b) SED IN HIS OMNIBUS SUPERVINCIMUS PRO EO QUI DILEXIT NOS. sive pro filio propter ad eos David loquebatur in psalmo dicens GAUDETE, IUSTI, IN DOMINO: RECTOS DECET COLLAUDATIO. isti sunt vere IUSTI qui Deum super omnia diligebant et *precepta eius* servabant, quos oves ipse salvator dicebat loquens eis in *sancto* aevangelio et dicens, sicut in presenti audivimus, ECCE EGO MITTO VOS SICUT OVES IN MEDIO LUPORUM: MITTO VOS, non ut decipiarnini sed ut vincentes salvemini, MITTO VOS SICUT OVES [ad] humilitatem servantes, patientiam tenentes, tolerantiam custodientes. circumdabunt vos latrantium inimicorum voces sicut luporum, feritatis suae morsibus vos devorare quaerentes. estote cauti, estote mansueti, NON REDDENTES MALUM PRO MALO AUT MALEDICTUM PRO MALEDICTO. quantumcumque vos insequantur, penitus delere (fol. 71 a) non poterunt.

Ibant isti ut oves, non solum apostoli sed et omnes beati martyres inter persecutorum turbas velut luporum, nec perire poterant qui secum caelestem agnum habebant. PASTOR ille BONUS semper non deserit suos. amat videre pugnantes, amat adiuvare credentes, amat coronare confitentes, et pro nomine suo occisos cum beatis angelis in regnis caelestibus facit esse participes.

50 Ipsi Domino Christo semper gratias agamus, fratres, et per ipsum Deo patri laudes referamus, ADORANTES IN SPIRITU sancto ET VERITATE per omnia saecula saeculorum. amen.

#### XIV. ANOTHER SERMON FOR ALL MARTYRS' DAY

##### De natale omnium martyrum

Ecce iam fragrant et redolent de pratis sanctorum suavissimi flores, et eorum odor mentem nostram animosque conplevit. ergo de presenti sollemnitate omnium beatorum martyrum hodie iuvante Domino cum vestra, fratres, sanctitate tractamus. et vere, ut dicit beatus apostolus

26. separavit *cod* 29. propter te: propte *cod\**: propter ut *vid cod*<sup>2</sup> mortificabimur: ita *cod* 30. pro eo (cf. XII l. 35 *supra*): a dō ut *vid cod* 38. ad *cod*: sed spurium videtur 40. aestote . . . aestote *cod* 41. mansueti *cod*<sup>2</sup> 47. adiubare *cod*

XIV. I. fragrant *cod*, scilicet fragrant reolent ut *vid cod* suabissimi *cod*

26. Rom. viii 35-37 32. Ps. xxxii (xxxiii) I 36. Mt. x 16 41. I Pet. ii 9 46. Cf. Apoc. xiv 4 Cf. Jn. x 11 51. Jn. iv 23

Paulus, DONAVIT (fol. 71 b) *pater ipsi* NOMEN QUOD EST SUPER OMNE 5  
NOMEN, et quia est hoc nomen Domini SUPER OMNE NOMEN, idcirco  
IN NOMINE IESU UNIVERSA GENUA FLECTANTUR CAELESTIUM ET TER-  
RESTRIUM ET INFERNORUM, ET OMNIS LINGUA CONFITEATUR QUIA  
DOMINUS IESUS IN GLORIA EST DEI PATRIS.

In hoc nomine Domini exaltavit Deus pater et martyres suos *ut de* 10  
terrenis ad caelestia, de parvis ad magna, de temporalibus ad aeterna  
transirent. pro nomine Domini MORTUI SUNT in saeculo UT VIVERENT  
DEO: mortui sunt huic mundo ut regnarent cum Christo. QUANTA  
MALIGNATUS EST INIMICUS IN omnibus SANCTIS Dei! et quid profecit?  
quid illi profuit? ecce facta est ipsis sanctis poena eorum victoria, inde 15  
extiterunt beati unde putabantur afflicti, quia ETSI CORAM HOMINIBUS  
TORMENTA PASSI SUNT, SED SPES ILLORUM INMORTALITATE PLENA EST;  
ET IN PAUCIS VEXATI IN MULTIS BENE DISPONENTUR. QUONIAM DEUS  
TEMPTAVIT ILLOS ET INVENIT ILLOS DIGNOS SE (fol. 72 a). et *iterum*  
PRAETIOSA IN CONSPECTU DOMINI MORS SANCTORUM EIUS: praetiosa 20  
quia in saeculo fides praetiosam *reddedit* mortem. PRAETIOSA IN CON-  
SPECTU DOMINI MORS SANCTORUM EIUS: praetiosa mors, quia praetio sui  
sanguinis immortalitatem mercata est: praetiosa mors quae homines  
dimittit ad caelum, quae cruorem suum fudit in terris ut trihumfantes  
martyres efficerentur in caelis. vis scire adhuc quam PRAETIOSA sit 25  
MORS SANCTORUM IN CONSPECTU DOMINI? considera quantos qualesque  
trihumfos adquisierint in caelis, et tunc intelleges quam PRAETIOSA sit  
IN CONSPECTU DOMINI MORS SANCTORUM EIUS.

Isti pro nomine Domini fortiter dimicantes non vincula non carceres,  
ut dixi, non exilia non ulla tormenta timuerunt. inventi sunt ignibus 30  
fortiores, extiterunt lassissimis tortoribus robustiores, bestiarum eis colla  
subiecta sunt, pedibusque sanctorum beluarum feritas sese blanda  
inclinavit: gladius (fol. 72 b) tamen eis hominum non pepercit. ali-  
quantis subiectae sunt bestiae, aliquantis *†ipsas* morsibus conatu prout  
Dominus ait et det. ignes extimescunt sanctos, ferae honorem reddunt 35  
famulis Dei, et gladius non parcat humanus; ut maior poena maneat  
homines peccatores.

Considerate patientiam ipsorum sanctorum: non repugnant, non  
resistunt, sed magis dicunt cum apostolo Petro CHRISTUS PRO NOBIS  
PASSUS EST, RELINQUENS NOBIS EXEMPLUM UT SEQUAMUR VESTIGIA 40

7. genu *cod* flectuntur *cod*<sup>2</sup> *ut vid* 10. exaltabit *cod* 14. sanctis: *s̄s*  
*cod* 27. intellegis *cod* 30. ut dixi: cf. *Serm.* XIII l. 2 31. vestiarum  
*cod* 34. *ipsas* . . . et de *cod*: *sed emendatione opus est* 35. ferae *scripsi*:  
terrae *ut vid cod*

XIV. 5. Phil. ii 9-11 12. Gal. ii 19 13. Ps. lxxiii (lxxiv) 3 16. Wisd.  
iii 4, 5 20. Ps. cxv 6 (cxvi 15) 22. Cypr. *Ep.* x 2 (492. 2) 39. I Pet. ii  
21, 22

EIUS, QUI PECCATUM NON FECIT NEC DOLUS INVENTUS EST IN ORE EIUS, et qui SICUT OVIS AD OCCISIONEM DUCTUS EST, ET SICUT AGNUS CORAM TONNENTEM SE SINE VOCE SIC NON APERUIT OS SUUM IN HUMILITATE. ista dicentes prompti dabant iugulos gladii, mortesque suas praetioso suo sanguine decorabant. aderat ibi chorus sanctorum omnium angelorum, susceptosque manibus suis salvatori omnium Christo in regnis (fol. 73 a) *caelestibus presentat* dicit Spiritus sanctus in psalmo *de eis quos gloriosa caritas inter se coniunxit QUAM BONUM AUT QUAM IUCUNDUM HABITARE FRATRES IN UNUM. quare, ut* 50 diximus et sincerissimi fratres unum habitant paradisum ubi unanimiter in Domino gloriantes et sibi perpetuae caritatis nexibus cohaerentes SECUNTUR AGNUM QUOCUMQUE VADIT, AGNUM illum DEI caelestem QUI TULIT PECCATA MUNDI; qui sic VADIT per omnia ut tamen non deserat aliqua, sed totus in toto sit et omnia in sua contineat manu, 55 quia PATER DILIGIT FILIUM ET OMNIA DEDIT IN MANU EIUS, IPSI GLORIA IN SAECULA. AMEN.

## XV. A THIRD SERMON FOR ALL MARTYRS' DAY

### Item alius

Hodie, fratres, iuvante Domino de beatis martyribus locutus impetramus quidquid fideliter postulamus. legimus quendam sanctorum dixisse in libris suis 'Gubernator in tempestate dinoscitur (fol. 73 b) mi[les in acie probatur, delicata] iactatio [est ubi periculum non est]. 5 audite *plura*: ['sicuti enim gubernator] eruditus inter marin[a discrimina] inter [minaces] fluctus, [fixus guber]naculo suo, intentis [oculis haeret ad] caelum et inpetu non [frangitur tem]pestatis sed gubern[ans in periculis] nauem propitiantie Domino [perducit ad litus; et] sicuti miles [inter cruentos] gladios inter hosti[um feroces aspectus] intre- 10 pidus pro r[egi]s sui iura decertans, si mori illic contigerit, laudabiliter moritur, si vero vicerit trihumfis felicibus decoratur; ita et sancti

45. adherat *cod*

XV. 1. hodiae *cod* iubante *cod* locutus (cf. IX l. 1) impetramus: *excidit fortasse aliquid* 2. quendam sanctorum: *scilicet S. Augustinum, si fides habeatur codici Vaticano lat. 3835 (saec. vii-viii), fol. 313 a, e quo edidit A. Mai Nova Patrum Bibliotheca I 108, serm. lv: 'Item sermo sancti Augustini in natale beati Pauli apostoli. Fratres karissimi, gubernator' etc.: quae in codice nostro mutilo perierunt, ex Aug-Mai supplevi* 3. gubernatur *cod* dinoscitur *Aug-Mai*: dinoscatur *cod* 10. iura ut vid *cod*, et ita *Aug-Mai* illic *Aug-Mai*: illi *cod* 11. trihumfis felicibus: palmis victricibus et honoribus *Aug-Mai* sancti martyres . . . dimicantes: beatissimi apostoli Petrus et Paulus *Aug-Mai*

42. Is. liii 7, 8

48. Ps. cxxxii (cxxxiii) 1

52. Apoc. xiv 4

Jn. i 29

54. Cf. Jn. x 28

55. Jn. iii 35; Rom. xi 36, &c.

martyres pro amore et fide regis sui caelestis fortiter dimicantes vel gubernatores et milites contra adversarias potestates omni tolerantia perstiterunt, nec victi sunt sed potius vicerunt'.

Isti sunt qui semper audierant apostolum dicentem et adhortantem 15 fidelissimos milites Christi sic NON EST VOBIS inquit CONLUCTATIO ADVERSUS CARNEM ET SANGUINEM (fol. 74 a) TANTUM, SED ADVERSUS PRINCIPATUS ET POTESTATES, ADVERSUS MUNDI HUIUS RECTORES TENEBRARUM HUIUS SAECULI, ADVERSUS SPIRITALIA NEQUIA IN CAELESTIBUS. IDEOQUE inquit SUMITE OMNIA ARMA DEI UT POSSITIS RESISTERE IN DIE 20 MALO ET OMNIA PERFICIENTES STARE. STATE ERGO ACCINCTI LUMBOS MENTIS VESTRAE IN VERITATE ET INDUTI LORICAM IUSTITIAE ET CALCIIATI PEDES IN PRAEPARATIONE AEVANGELII PACIS, IN OMNIBUS ADSUMENTES SCUTUM FIDEI IN QUO POSSITIS OMNIA IACULA MALIGNI IGNITA EXTINGUERE, ET GALEAM SALUTARIS ACCIPITE ET GLADIUM SPIRITUS 25 QUOD EST VERBUM DEI, PER OMNEM ORATIONEM ET OBSECRATIONEM ORANTES IN OMNI TEMPORE IN SPIRITU, ET IN ILLO VIGILANTES.

Consideremus haec omnia spiritalia ARMA, fratres, quibus sanctos et omnes christianos armari, ut dixi, et muniri praecipit beatus apostolus Paulus; STATE inquit ACCINCTI LUMBOS MENTIS VESTRAE IN VERITATE; 30 non discinctos in falsitate sed ACCINCTOS IN VERITATE in Christo. Christus VERITAS est, et qui in Christo cingitur (fol. 74 b) non solum in veritate cingitur sed et in castitate, et non solum in castitate sed et in sobrietate et in patientia et bonitate, humilitate et mansuetudine, ceterisque virtutibus cingitur. in tali cingulo bene erigitur bene servatur baptismi 35 vestimentum: non trahitur non scinditur neque polluitur, sed manet SINE MACULA et SINE RUGA.

ACCINCTI inquit LUMBOS MENTIS VESTRAE IN VERITATE ET INDUTI LORICAM IUSTITIAE. LORICA IUSTITIAE est caritas sibi conexa quibusdam vinculis vel circulis vel potius coronis aequitatis. haec est aequitas ut 40 DILIGAS DOMINUM DEUM TUUM, diligas et PROXIMUM TUUM, et QUOD TIBI FIERI NON VIS ALIO NE FECERIS. sic bene munitur pectus LORICA IUSTITIAE contra IACULA inimici. sequitur CALCIIATOS PEDES IN PRAEPARATIONE AEVANGELII PACIS, ut 'cum serpens calcari a nobis et obteri coeperit, mordere et subplantare non possit' aculeis suis. IN OMNIBUS 45 ADSUMENTES SCUTUM FIDEI IN QUO (fol. 75 a) POSSITIS OMNIA IACULA MALIGNI IGNITA EXTINGUERE: ut ex omni parte contra iaculantem consistas inimicum et eius IACULA IGNITA confringas. et intellege quae sint IACULA eius; incredulitas infidelitas iacula sunt inimici, contra

13. gubernatores *cod* 14. *tr.* potius sed *cod* 15. adhortantem *scripsi*:  
adhortantem *ut vid* *cod* 28. sanctos: *scs cod* 41. tuum: *bis in codice*

XV. 16. Eph. vi 12-18 32. Jn. xiv 6 37. Eph. v 27 41. Cf. 2 Tim.  
iv 8 Mt. xxii 37, &c. 42. Lk. vi 31; Act. xv 29 44. Cypr. *Ep.* lviii 9  
(664. 20)

50 quae tenendum mandatur SCUTUM FIDEI, ut fide et credulitate vincamus:  
sunt et alia IACULA inimici; superbia ira avaritia vana iactantia con-  
cupiscentia inpatientia luxuria temulentia vel cetera vitia IACULA sunt  
inimici, quae a populo Dei SCUTO FIDEI longe lateque pellenda sunt  
adque deicienda. hoc fecerunt beati martyres, qui pro nomine Domini,  
55 ut diximus, non catenas non tormenta neque mortes timuerunt, quin  
immo omnia fortiter tolerantes regnorum caelestium meruerunt esse  
participes. ET GALEAM inquit SALUTIS ADSUMITE: munimen est capitis,  
quod est signum Christi: ET GLADIUM SPIRITUS, ut gladium VERBI  
DEI, quo gladio peccatorum putredines (fol. 75 b) absciduntur adsidua  
60 ORATIONUM instantia.

Dicendum est nobis et nunc, sicuti in natale ipsius Domini salvatoris  
a beatis angelis dictum est GLORIA IN EXCELSIS DEO ET IN TERRA PAX  
HOMINIBUS BONAE VOLUNTATIS, quia tunc natus est Christus in terris ut  
martyres semper nascerentur in caelis. descendit Dominus ut ascende-  
65 rent servi: factus est filius Dei filius hominis ut filios hominum faceret  
filios Dei, et servile corpus adsumsit ut servos ad libertatem adtraheret  
suos; sicut dicebat beatus apostolus Paulus IAM NON SUMUS inquit  
FILII ANCILLAE SED LIBERAE, QUA LIBERTATE CHRISTUS NOS LIBERAVIT.  
GLORIA IN EXCELSIS DEO ET IN TERRA PAX HOMINIBUS BONAE VOLUN-  
70 TATIS. GLORIA IN EXCELSIS DEO; gloria patris Christus est Dominus:  
ET IN TERRA PAX HOMINIBUS BONAE VOLUNTATIS; ipse est salvator  
noster de quo dicit scriptura IPSE EST PAX NOSTRA, QUI FECIT UTRAQUE  
UNUM ET MEDIUM PARIETEM MACERIAE (fol. 76 a) SOLVENS INIMICITIAM  
IN CARNE SUA et cetera.

75 GLORIA IN EXCELSIS DEO ET IN TERRA PAX HOMINIBUS BONAE VOLUN-  
TATIS, quia 'bona voluntas quae Deum novit immutari non potest', sicut  
ait sanctus Cyprianus. in sanctis martyribus bona voluntas a Deo  
concessa mutari omnino non potuit et derelicto autore et domino  
mundi ad inania et vana figmenta converti. integra fides castis in  
80 pectoribus mansit, maluitque cruorem sanguinis sui effundere quam  
aeternae vitae Dominum abnegare. quantumcumque saeviat inimicus,  
quantumcumque superbis cervicibus extollatur, stabilitatem firmissimam  
fidei nullo modo in sanctis conturbare valebit: 'maior est enim Dominus  
ad protegendum quam diabolus ad impugnandum'. ARBOR BONA BONOS  
85 FRUCTUS FACIT, et LIGNUM QUOD PLANTATUM EST SECUS DECURSUS

51. supervia cod      55. ut diximus: cf. XIII l. 2 supra      58. gladium 2°:  
gladio cod      65. serbi cod      68. libere cod      73. solbens cod      76. imutari  
cod      81. seviat cod      82. supervis cod      83. valeuit cod

58. Cf. Eph. iv 15      62. Lk. ii 14      65. Cf. Serm. I l. 25, X l. 11, et Cypr. op. et  
el. I (373. 6)      69. Gal. iv 31      70. Cf. Phil. ii 11      72. Eph. ii 14      76. Acta  
Cypriani I      79. Cf. Act. xiv 15      83. Cypr. ad Fortunatum tit. x (320. 24):  
cf. Serm. VIII l. 27 supra      84. Mt. vii 17      85. Ps. i 3

AQUARUM DABIT FRUCTUM SUUM IN TEMPORE SUO. ad hanc comparationem et homo qui IN LEGE Dei (fol. 76 *b*) MEDITATUR DIE AC NOCTE, et in tempore pacis vel in tempore persecutionis DABIT FRUCTUS BONOS ad gloriam Dei.

Ipsis hodie dicitur in psalmo GAUDETE IUSTI IN DOMINO: RECTOS 90  
DECET CONLAUDATIO. GAUDETE IUSTI IN DOMINO, qui vos ad caelestia regna perducit: GAUDETE IN DOMINO, qui nolulistis gaudere in saeculo: GAUDETE IN DOMINO qui est gloria vestra, spes vestra, salus aeterna vestra. RECTOS DECET CONLAUDATIO: IUSTI et RECTI sunt qui agnoscunt et confitentur creatorem omnium Deum eiusque unigenitum filium 95  
Dominum nostrum Iesum Christum unumque et Spiritum sanctum, quique idola contemnunt et elementa non ut deos venerantur sed sub Dei summi famulatu adque servitio constituta esse dinoscunt. tales merito GAUDEANT IN DOMINO, a quo et aeterna eis requies preparatur, ut mereantur in illo die audire a Domino Christo VENITE BENEDICTI 100  
PATRIS MEI (fol. 77 *a*) POSSIDETE REGNUM PARATUM VOBIS AB ORIGINE MUNDI.

Amor Christi, fratres, omnia contemnit tormenta. SPECIOSUS inquit FORMA PRAE FILIIS HOMINUM: omnes homines superat illius pulcritudo, quare amamus quando audimus quia PASSUS EST PRO NOBIS. quid 105  
amamus? membra cruci fixa, latus foratum. hanc caritatem caritas amat: AMAVIT NOS ut redamarem eum, redemit nos sanguine suo sponsus ille quo nihil est pulchrius, qui quasi foedus apparuit inter manus persequentium. de quo dicebat Eseias propheta ET VIDIMUS  
EUM, ET NON HABUIT SPECIEM NEQUE DECOREM. ergo sponsus noster 110  
foedus est? absit: quomodo illum virgines amarent quae in terra maritos non quaesierunt? ergo persequentibus foedus apparuit; et nisi foedum eum putarent non insilirent in eum, non flagellis caederent, non spinis coronarent illum, non sputis inhonestarent eum, (fol. 77 *b*) sed quia foedus illis apparebat, fecerunt illi ista. non enim habebant oculos, 115  
unde Christus pulcer videretur. qualibus oculis Christus pulcer apparuit? quales oculos quaerebat ipse Christus quando dicebat Filippo TANTO TEMPORE VOBISCUM SUM, ET NON ME VIDISTIS? isti oculi mundandi sunt ut possint videre illam lucem.

Hunc semper cogitabant, hunc semper desiderabant in passionibus 120  
suis beati martyres, qui semper dicebant ad ipsum Dominum cum propheta David EXQUISIVIT TE FACIES MEA, FACIEM TUAM DOMINE

87. et *cod*: fortasse erit *tr.* homo dī qui in lege *cod* 104. pre *cod* 113.  
cedere *cod* 116. qualibus *scripsi*: qualis *cod* 118. sum: suum *cod* 119.  
possit *cod* 120. passionibus *scripsi*: pascalibus ut *vid cod*

87. Ps. i 2 90. Ps. xxxii (xxxiii) 1 100. Mt. xxv 34 103. Ps. xlv  
(xlv) 2 105. 1 Pet. ii 21 107. 1 Jn. iv 19; cf. Eph. i 7, v 25, 2 Cor. xi 2  
109. Is. liii 2 111. Cf. Cant. i 3 117. Jn. xiv 9 122. Ps. xxvi (xxvii) 8



REQUIRAM ; et iterum QUANDO VENIAM ET PAREBO ANTE FACIEM DEI?  
 et SICUT CERVUS DESIDERAT AD FONTES AQUARUM, ITA DESIDERAT  
 125 ANIMA MEA AD TE, DEUS. horum, fratres, sanctorum Domini amicorum  
 sollempnia celebrantes, semper patri per filium gratias agamus, CUI EST  
 GLORIA IN SAECULA. AMEN.

A. SPAGNOLO.

C. H. TURNER.

*Introduction to the Sermons printed above.*

THE Verona MS from which these fifteen Homilies have been printed is catalogued as li (49) in the Chapter Library. It was written in the sixth century, perhaps towards the end of it, and has suffered terribly from damp, as the too numerous *lacunae* in the transcription of the text sufficiently testify. It is labelled with the name of Maximus of Turin, a noted preacher of the middle of the fifth century ; and the first 132 leaves (there are altogether 157) appear to constitute a homogeneous collection of sermons and treatises by a single writer. We may dismiss altogether from our purview the miscellaneous appendices which follow : an Arian Sermon (printed in the JOURNAL for Oct. 1911) ; a Sermon of St Augustine ; a fragment of the eighth book of the *Apostolic Constitutions* and, continuous with this, the Apostolic Canons, the whole in an unknown version<sup>1</sup> : and we may concentrate our attention on the group of writings which can plausibly be attributed to Maximus.

Most of the matter was transcribed from this MS for the Roman edition of the works of St Maximus (1784 : reprinted in Migne *P. L.* vol. lvii), namely, rather more than twenty Homilies on the liturgical Gospels, and two tracts *contra Iudaeos* and *contra Paganos*. Intervening between these Homilies on the one side and the two Tracts on the other is the present set of fifteen Homilies on the chief festivals of the Christian year, which Dr Spagnolo copied out and I have edited in the JOURNAL for January and April 1915, and in the present number. But the tracts against Jews and Pagans have also been transcribed by the same indefatigable hand, and we hope some day soon to be able to publish them in a form very much more complete and satisfactory than that hitherto known in print. It seemed worth while to make such an

123. Ps. xli (xlii) 2, 1

<sup>1</sup> The fragment of the eighth book of the *Constitutions* was published in *J. T. S.* xiii 492, July 1912 : and re-edited together with the 85 Apostolic Canons in *Ecclesiae Occidentalis Monumenta Iuris Antiquissima* I iii (1913) pp. 32 a-nn. The conclusion (whether or no it is an integral part of the work) about the preaching and death of the different apostles was first published in *J. T. S.* for October 1913, pp. 63-65.

attempt, in view of the stress laid by M. Franz Cumont on the evidence of St Maximus (among others) as to the real state of pagan beliefs in the later empire.<sup>1</sup> In any case it may be confidently asserted that the author of the two tracts and the author of the little Homiliary, the publication of which is now being completed and concluded in this number of the JOURNAL, are one and the same person.

That he wrote neither before nor after the fifth century A. D. is also demonstrable. Not before, since in the 15th Sermon (p. 228 *supra*) he quotes a passage from 'quidam sanctorum' which is found among the sermons of St Augustine printed by cardinal Mai in the first volume of his *Nova Patrum Bibliotheca*, while in the *contra Paganos* he makes extensive use of Rufinus's translation of the Clementine *Recognitions*, made somewhere about the year 400. Not after, since in the same treatise he speaks of pagans still flocking to the representations of heathen mythology on the stage, which can hardly have continued as late as the sixth century, while the practically exclusive use of the Old Latin Bible tells in the same direction. If there are any traces of the use of St Jerome's Vulgate, they are few and far between; alike in the Old and the New Testament, where the versions diverge our Homilist reproduces the older forms.<sup>2</sup> The fathers with whom he seems to be found most frequently in company are Ambrose, Hilary, Ambrosiaster,

<sup>1</sup> *Les religions orientales dans le paganisme romain* (ed. 1909) p. 302 'certains ecclésiastiques que leur ministère pastoral mit en contact avec les derniers idolâtres, comme l'auteur d'homélies attribuées à saint Maxime de Turin', p. 409 n. 8 'nous ne possédons encore qu'une édition très défectueuse des traités *contra Paganos* et *contra Iudaeos*'.

<sup>2</sup> Compare the following: Ps. viii 2 (VIII 23) 'inimicum et defensorem'; Ps. xlvi (xlvi) 5 (V 17) 'ascendit in strepitu'; Ps. lxxii (lxxiii) 28 (V 48) 'adiungi Deo' with Auct. de promiss.; Ps. cxvii (cxviii) 24 (III 3) 'iste dies' with Cypr.; Cant. v 10 (I 78) 'fraternus meus candidus et rubeus' with Amb.; Mic. v 2 (I 7), the whole very like Hil.; Is. liii 7 (XII 38, XIV 42), just as in Novatian; Mt. iii 15 (II 29) 'sic enim oportet' with Amb. (*semel*) Chromat. Hil. *Op. imperf. in Mt.*; Mt. v 14-16 (XI 4-9) 'lux huius mundi', 'supra candelabrum', 'luceat lumen vestrum', 'videntes . . . magnificent' with Leo; Mt. x 16 (XI 32) 'astuti sicut serpentes' with Amb. Aug.; Mt. x 32 (XI 15) 'confessus fuerit'; Mt. xix 14 (VIII 11) 'nolite prohibere infantes'; Mt. xxv 34 (XV 100) 'ab origine mundi'; Mk. i 3 (IX 27) 'semitas Dei nostri'; Lk. ii 10 (I 4) 'adunatio vobis gaudium . . . omni plebi'; Lk. iii 21 (II 69) 'cum baptidiatus esset'; Jn. i 15 (IX 52) 'qui post me venit'; Jn. i 29 (II 51) 'qui tollit peccata mundi' with Cypr. Amb. Zeno; Jn. iii 32 (IX 44) 'haec testificatur' with Ambst.; Jn. xiv 16, xvi 7 (V 23, 25) 'advocatum' 'advocatus' with Tert. Novatian Hil. Lucif.; Jn. xix 37 (V 44) 'compunxerunt' with Iren. Hil.; Jn. xx 22 (V 65) 'inspiraret', cf. Cypr.; Acts i 3 (V 52) 'docens de regno Dei'; Acts i 11 (IV 22) 'receptus est'; Acts vii 59 (X 39) 'accipe spiritum meum'; Rom. viii 35 (XII 32, XIII 26), order of the nouns; 1 Cor. ii 9 (XII 24) 'diligentibus se' with Lucif. Vict.-Af. Aug.; 1 Cor. xv 22 (III 34) 'vivificatur' with Hil. Amb. (*semel*) Faustinus; 1 Cor. xv 55 (III 17) 'ubi est mors aculeus tuus'; 2 Cor. viii 9 (I 18) 'pro nobis pauper . . . ut . . . nos ditaremur', cf.

Leo: where his citations agree with Cyprian, he may have derived them from that father's works, and not from his own Bible.

For we light here on one of the most marked characteristics of the Sermons and Tracts, their literary dependence on St Cyprian. Many references have already been recorded in the apparatus to the Sermons above: I have since noted that V 14 'ut hominem ipsum quem induit, quem dilexit, quem a morte protexit, ad patrem victor inponeret' is from Cyprian's *Quod idola* 14 (Hartel 31. 2). Exactly the same feature recurs in the tract *contra Paganos*, which has one quotation from the *ad Demetrianum* and half a dozen from the *Quod idola*, while the *contra Iudaeos* depends certainly on Cyprian's *Testimonia ad Quirinum* and possibly on the pseudo-Cyprianic *de montibus Sina et Sion*. Both in the Homilies and in the Tracts the borrowing is sometimes acknowledged, sometimes unacknowledged.<sup>1</sup>

Now what we know about Maximus of Turin is all favourable to our acceptance of the attribution of these Homilies to his authorship. Gennadius of Marseilles in the 41st chapter of his *de viris illustribus* catalogues a number of his Homilies, and notes that he had written on St Cyprian: 'Maximus, Taurinensis ecclesiae episcopus, vir in divinis scripturis satis intentus et ad docendam ex tempore plebem sufficiens, composuit in laudem apostolorum tractatus et Iohannis baptistae et generalem omnium martyrum homiliam . . . fecit et duos de sancti Eusebii vita, Vercellensis episcopi et confessoris, tractatus et de sancti Cypriani . . . homiliam de natali Domini, homilias et de Epiphania et de Pascha et de Pentecosten multas'. We cannot say that other preachers of the fifth century did not choose the same themes: but the coincidence of the internal indications of these Homilies with all that we know of the bishop of Turin, and especially

Paulinus *Vit. Ambrosii*; Eph. vi 12 (XV 18) 'adversus principatus et potestates' with Amb.; Eph. vi 16, 17 (XI 49, XV 24) 'omnia iacula maligni ignita extingueret' 'galeam salutaris', — 'maligni' with Amb. Ambst. Leo; Phil. ii 11 (XIV 9) 'in gloria est dei patris' with Novatian Hil. Amb.; 1 Pet. i 12 (VII 55) 'in quo concupiscunt angeli prospicere'. [But it seems possible that the quotations from the Psalms in the *contra Iudaeos* may depend on St Jerome.]

<sup>1</sup> The following is a list, though I have no doubt it could be made more complete, of the passages of St Cyprian used in these fifteen Homilies and in the *contra Paganos* (an asterisk is attached to the passages where St Cyprian's name is given by the writer): 1-5. *Quod idola* 2, \*3, 6, 6, \*8 all in the *contra Paganos*; 6. *Quod idola* 14 = Sermon. V 14; 7. *ad Demetrianum* \*14 in the *contra Paganos*; 8. *de bono patientiae* \*6 = Sermon. III 58; 9. *de opere et eleemosynis* 1 = Sermon. I 25, X 11, XV 65; 10. *Testimonia ad Quirinum* i titt. 15-17 = Sermon. IX 15; 11. *ad Fortunatum* tit. 10 = Sermon. VIII 27, XV 83; 12. *Ep.* x 2 = Sermon. XIII 19, XIV 22; 13. *Ep.* x 3 = Sermon. XII 8; 14. *Ep.* lviii 6 = Sermon. VIII 50; 15. *Ep.* lviii 9 = Sermon. XV 44; 16. *Ep.* lxxvi 7 = Sermon. VIII 2? (the common words are only 'ad impetrandum . . . facilius oratio'); 17. *Acta Proconsularia* 1 = Sermon. XV 76.

the common indications of a special interest in St Cyprian, suffice to give us fair warrant for adhesion to the traditional ascription. The first two parts of the collection (*J. T. S.* January and April 1915) were published under the anonymous title of 'An ancient Homiliary': that now seems to me an excess of caution,<sup>1</sup> and this final section might claim the name and authorship of St Maximus.

C. H. TURNER.

<sup>1</sup> I was partly influenced in the direction of caution by the phraseology used about the Holy Spirit at the end of Sermon VII (*J. T. S.* xvi 176), which seemed to me to be barely orthodox: 'Spiritus sanctus tertia ora venit ut vere sese tertium et tertiam gerentem personam et tertiam habentem substantiam demonstraret'. But comparing the wording of Augustine *de civ. Dei* xi 24 'non amborum quasi qualitatem, sed ipsum quoque substantiam et tertiam in trinitate personam', it need not (especially if we read 'tertium') be interpreted in an Arian sense.